bus Spreuere et Corde. E. vocalis. et in dictione Sū-

ma. A. producat: ut Scitanimus. Repenitus. De

tacito et Addeitas Choriambi sint: quos Asclepiadei

versus in secundo et tertio pede exigunt: P̄eon q̄rtus

erit quicūqz eoꝝ. qui constat tribus primis syllabis bre

uib⁹ et quarta longa. Hoc tamē nemini debet mirum

videri: cū ecclesiastici in carminib⁹ suis multiplici vtan-

tur licentia: ut in volumine hymnoꝝ plenissime osten-

ditur. Antoni⁹ quoqz noster in genere nominis ita in- Ant

quit. Zinziber et Über. Nam. Et. syllaba brevis est na-

tura. Nisi forte dicamus versum aliter relictum fuisse.

P̄uta. Zinziber atqz Über. Aut Huber per aspira-

tionem scriptum / ac si velit ipsam. H. vim producen-

di habere. Nam et in tertia declinatione dixit. Dege-

ner et Pauper. Huber. Abi P̄er huius pes est.

Huius tamen nominis orthographia. H. non reci-

pit apud omnes. Si autem legamus Zinziber et Tu-

ber: quod quidam codices habent: nulla est licentia.

Tunc tamen versus proximus precedens sic est.

Et cum Uere siser. Über. Licer. adde cadauer.

Abi Seru. Tertius pes P̄entimerim sustinet.

Virgi. quoqz in tertio Eleñ. sic ait.

Liminaqz Laurusqz dei: totusqz moueri.

Abi Seruius hec verba facit.

Líminaç. Que breuis ē p lōga posita
qd̄ bac ratione defendit. Aut quia om-
nia monosyllaba ad artem nō ptinēt: &
bis licēter vtī possim⁹. Aut certe quia
omne idest pticula: quae
sui substantiā nō habet: membrū putat
superioris oratiōis. Qd̄ si ē: Líminaç q̄si
vna pars orationis est. & potest Que fi-
nalitatis ratione vel pducí vel coripi.

Alexan.

Notat similiter Postoptimemeris: que fieri dici-
tur / cū prima syllaba quinti pedis: que naturaliter bre-
uis erat: producit. Quis exēpla tuteipse quere: nō enī
idonea: & quibus fides habenda sit: ea nobis in prom-
ptu sunt. Has prēterea nōnulli / sicut & Alexander/
cesuras sub Metaplasmo & Ectasis species esse dicunt.
Quis vis syllabas breues naturaliter in longas non
nunquā apud Poetas cōuertit. De qua iuxta finē le-
ctionis meminerim⁹. Dicit item cesura a cedenda
voce: diffiniturq; decora terminatio vocū i medio ver-
suum notata: At quādo post duos primos pedes supe-
rans syllaba inuenit: que dictionē terminet: cesura est:
que & Postoptimemeris dicit a Penta qd̄ est Quinq;
& Ademeris dīmīsio / quasi dīmīsio Semiquinaria / cum
scilicet in scandendo quinq; pedes per dimidium dīmī-
dimus. At Arma Virumq; cano. habet enim ex quin
q; dimidium. Cū vero id post tres pedes sit: est cesura
Eptimemeris. idest Semiseptenaria dīmīsio. Epta
enī septem designat. At Arma Virūq; cano / Troię.
habet itidem ex septem dimidii. Hic nāq; versus / si-
cut & alijs quāplurimi / vtrāq; Sectionē cōpleteſt. Ade-
tire igitur sic. Armavi. rumq; ca. no Tro. iacqui. pri-

mus ab oris. Multa carmina tamen huiusmodi alteram tantum habent cęsuram. Aut Semiquinariam. Aut Semiseptenariam. quod in ipsis legendis facile quispiam experiri poterit.

Cum enim dictio finitur in vocali: et sequens dictio incipitur a vocali: sic abiecitur vocalis precedens.

Virgi.li.iiij.z.vj.Aen.

Virgi.

Accipite ergo animis: atque hec mea figite dicta.
Inde ubi venere ad fauces graue olentis Auerni.
In quoꝝ Carminū scansiōē dictiōes Accipite. Ergo.
Atque. Inde. Aenere et Graue abiecunt vltimas vo-
cales sic. Accipi.tergani.misat.quecmea.figite.dicea.
Indubi. Aene. radsau. cesgrauo. Lentis A. verni.

Idem.lib.iiij.Aen.

Munquam deinde cauo volitantia prendere saxe.

Idem libro primo.

Eurum ad se Zephyrumqꝫ vocat. De hinc talia sat.

Statius.li.primo Theb.

Stati.

Proinde moue pharetram: arcusqꝫ intende sonoros
Hec tria proxima exempla ponere libuit: quia (vt ait
quidā) Deinde. Proinde. et De hinc prima in cara-
mine vocali attrita pronunciatur. Quod forte nisi due
dictiones essent/ nequaquam fieret. Nam / vt alias vide-
bitur/cum de prepositionibus. E. De. Se. Di. tra-
ctabimus: De hinc ex De. et Hinc compositum non
profertur priori syllaba attrita.

Abiecitur preterea vocalis in fine versus Hyperca-
talecticī/ si sequens versus incipiatur a vocali. Ut apud
Virgili. Georgicorum libro secundo.

Virgi.

Inseritur vero ex foetu nucis Arbutus horrida.

Et steriles Platani Malos gessere valentes.

Manigis Pinos. Domibꝫ Cedrosqꝫ Luposqꝫ.

Hinc radios trinere rotis. hinc Tympana plaustris.

Ultima enim syllaba dictionis Horrida et Que para-

ticula post dictionem Cupressos: quia carmina sequentia incipiuntur a vocali: atteruntur in scansione.

Sic. *Werteri*. Quin cradi. qui *Dactyli* sunt.

Horat. *Horatius* vero libro primo *Carmínū* O de secunda carmine *Sapphico* non *Hypercatalecticō* in vocalē desinente eandem cęsuram fecit supposito versu *Adonico*: qui illic a vocali inchoatur: qua abundat Sic.

Labitur ripa Joue non probante

Axoriūs amnis. Mēnsuratur hoc modo. Labi-
turri. pa Joue. non pro. bantu. xoriūs. amnis.

Is quoqz i opere/qd Carmē seclare inscribit/versu.
Hypercatalictico in vocalem desinente / in eodemqz
genere carminis ea ipsa cęsura usus est ita.

Romulę genti date remqz prolemqz.

Et decus omne.

Aliquando tamen non abiicitur vocalis posita in fine
dictionis precedentis: et manet brevis.

Virgi. *in Bucō.*

Et longum formose vale vale inquit *Jola*.

Te *Corydon o Alexi*. Trabit sua quemqz voluptas.

Idem Georg. libro primo.

Ter sunt conati imponere *Pelio Ossam*.

Idem li. v. Aen.

Aictor apud rapidum *Simoenta* sub *Ilio* alto.

Abi. E. in secundo *Vale. O.* ante dictionem *Alexi*.
et eadem in fine dictionum *Pelio* et *Ilio* breuis per-
mansit vocali subsequente.

Aliquando vero manet vocalis longa: ut apud cui-
dem in eodem versu primi libri *Georgicorum*.

Ter sūt conati sponere *Pelio Ossā*. Et i *Bucoli*.
Et succus pecori et lac subducitur agnis.

Idem libro. x. Aen.

O pater o hominum *Diuīumqz* eterna potestas.

Illud similiter.

Quod potes: id tenta: operis ne pondere pressus.
I enim posita in fine dictionum Conati et Decori.
et D. ante dictionem Dominum. et A. ante dictionem
Tenta: Longa manet sequenti vocali. Cuius rei per-
facile poteris quamplurima exempla inuenire.

Aiunt tamen Grammatici cum. Ad. cum vocali pre-
cedenti abiicitur: illud fieri per Ecthlipsim. Cum ve-
ro vocalis ante vocalem: per Synaloepham. Quod
et Alexander. sic perstringit. Alexan.

Ecthlipsis necat. Ad. Perimit Syna-
loepha vocalem.

Est preterea Ecthlipsis/ ut inquit Donatus/ consonā Dona-
tum cū vocalibus aspere concurrentibus difficultis ac du-
ra collisio. Et potest Latine dici Expressio/ cum voca-
lem simul cum. Ad. etiam in soluta oratione/ ut quidā
aiunt/ exprimere videatur/ et quasi excludere: ne/ si pro-
nuncietur: in Adetacismū: qui Barbarismo adheret/
incōcinnitate pronunciationis incurramus. Hęc
etiam alio nomine vocat Ellipsis. Synaloepha vero
est per interemptionē concurrentiū inter se vocaliū lu-
brica quedā lentisq; collisio. Hęc a quibusdā Synere-
sis vel Collisio nūcupat. et dici potest cōpressio. Nā cō
ponit ex Syn qđ est Con. et Eloiphi pressio. Cōprimi-
tur enī colliditurq; vocalis ppter biatū oris euitandū:
qui etiam sub Barbarismo continet. Ut apud Virgi. in Virgi.
Bucolicis et in primo libro Aen.

Ad ecum vna in siluis imitabere Pana canendo.
Litora: multum ille et terris iactatus et alto.

Hęc preterea Verbū Dees. Deest. qđ ex
De et Sū dicit. cōponi: differenter se habet. Aliqñ enī
pfer̄ p̄ma ī carmine syllā subticita/ ac si duę sint dictiōes
Virgi.
Virgi. libro. x. Aen.

Deest iam terra fugę. Delago Troiāne petetis:

Stati.

Stati*s* li. viij. **T**heb.

Hermionen. nullis iam deest sua fabula mensis.

Cuncta **P**halanx sibi deesse putat. minor ille p alas.

Et illud similiter.

Qui sua cōsumunt: cum deest: aliena sequunt̄.

Quidius in libris **A**Metamorph.

Deerat adhuc: et quod dominari in cetera possit.

Omnia pontus erat. **D**eerant quoqz littora ponto.

Concipit. id deerat. manifestaqz crīmina pleno..

Ambra loco deerat. qua postquam parte resedit.

Ne*c* tibi castaneę me coniuge. nec tibi deerunt.

Natureqz suum nutrimentum deerit edaci.

Virgili. li. vij. **A**en.

Divitis vber agri Troiēne opulentia deerit.

Idem in **A**Doreto.

Mon illi deerat quod pauperis exigit usus.

Stati. libro. x. **T**heb.

Deerat. ut afflictos turbarem ego proditor Argos.

Qui **P**oete*s* sua nitētes auctoritate aut licētia usi sunt/

ut plerisqz in locis facere consuerūt. Aut in his exēplis

que nō habent post secundū. E. duplē consonātem:

duas vocales breues pro vna longa enunciarūt. Sed

et hec **S**yngresi quidā attribuūt. de q paulo post latius

loqmur. Aliqñ vō vtraqz vocal' Syllabā facit.

Stati. li. x. **T**heb.

Ne*c* deest coeptis. vnde hec tam serare pente,

Idem li. xj.

Deest seruitio plebes. hos ignis egentes.

Si quid tamen contra hec p̄cepta apud **P**oetas aliquando inuenieris: eorum ascribe auctoritati.

yllaba quae Biphthongo scribi

Setur longa est. Praeterqm si sequa

tur vocalis ut Praeustus.

Est enim Diphthongus duarum vocalium in una syllaba comprehensio unum efficiens sonum. Diffinit preterea conglutinatio duarum vocalium in eadem syllaba vim suam retinentium. Et sunt teste Priscia no libro primo Diphthongi quattuor: quibus Latina vtitur eloquentia. Ae. Av. Ev. De. Ut Musae. Terra. Eneadae. Audio. Mairio. Aura. Orpheus. Heus. Pentheus. Poena. Foenum. Foemina. De quibus perpanca exempla subnectam: cum plurima vni cuique quauis indocto ubique sese offerant.

Virgilius.

- Ae. Ev. Quis deus o Musae tam saeva incendia Teucris.
Av. Ae. Audiat haec tantum. Nel qui venit. Ecce Palaeom.
Ev. Si potuit Manes arcessere coniugis Orpheus.
Ae. De. In foribus laetum Androgeo. Tum pendere foenas
Idem li. iii. Aen. tres sil' diphthongos sic posuit logas.
Infernique lacus: Aeaeaeq; insula Circes.

Si vox sequatur vocalis post Diphthongum: breuis aliquando copert. ut Praeuro. Praeoo. Virg. li. vii. Virg Stipitibus duris agitur / sudibusue praeustis.

Idem li. v.

Nec tota tamē ille prior praeeunte carina.

Quidius Fastorū. li. primo.

Iaque noui fasces praeeunt. noua purpura fulget.

Virgi. Aen. li. iii.

Insule Ionio in magno: quas dira Lelano.

Dictio enī Insule nō abiicit diphthongō sequente vocali

Est etiā Diphthongus ante vocalē aliquā loga ut apd cundē Virgilii libro. vii. Aen.

Ardea Crustumeriq; et turrigerae Antemnae.

Abi Diphthongus posita in fine dictionis Turrigerae non auferetur / licet dictio sequens incipiatur a vocali: et manet longa. In dictionib; preterea Gregias / sicut et vocalis simplex ante vocalem; sic et Diph-

shongus longa frequentissime comperit. At Hymenaeus. Circeus. Lyaeus. Sabaeus. Dictaeus. Lycaeus. Aegeaus. Lernaeus. Tegeaeus. Euphoeus. Meliboeus. Aeolus. et quamplurima alia.

Prisci. Est quoqz sciendū/ut ait Priscian⁹ libro secūdo q̄ nulla Diphthōgus in duas cōsonātes potest desinere. In duplē autē iuenit. At Faer Faecis. Faux Faecis. Idem etiam libro primo dicit Diphthongon. I preterito pfecto nunq̄m mutari. At Haereo. Haesi. Audio Audiri. Adoenio Adoenui. Excepto Caedo Cecidi.

Sed de Ei ⁊ Yi. Diphthōgis/ ceteras p̄termitentes Diphthongos Gr̄cas; quę maiusculam exigunt disquisitionem: non nihil dicamus.

De Ei p̄terea Diphthōgo:quā Priscian⁹. Torelli⁹ ⁊ Antoni⁹ noster i priori editione plenissime tractauerunt: cum multa dicant: illud vñū in hoc loco dūtarat ex mente nōnullorū dicamus eam a nostris aliquā scribi: sed more Gr̄co. I. solum pronunciari. At Nerei. Orphei. Promethei. Terei. Ilionei.

Quidius libro. xiiij. Meta.

Nerei: Te vereor. Tua fulmine sequor ira est.

Virgilius in Bucolicis.

Orphei. Calliopea. Limo formosus Apollo.

Laucaseasqz refert volucres/furtumqz Promethei.

Idem li. vij.

Aut ut mutatos Terei narrauerit artus.

Idem primo Aen.

Iam validam Ilionei nauem. iam fortis Achate.

Abi Seruius ita inquit.

Ilionei Antiptosis est: pro genitiuo enī datiuū posuit. constat enim huiusmodi
Graeca nomina datiuū singularē in Ei

Diphthongō mittere. Ut Orphēi. Hā illa solutio est cum Orphēi dicimus. Nec modo Ilionei possumus dicere astrictum esse genituum: ut ipse sit qui datius. Quod et si forte contingat: nō regula mutatur: sed Antiptosis fit.

Is quoqz i. xij. libro Aen. illō Virgilij Atrides p̄o Servi tei exponens sic ait.

Protei Latinus genitius est constric tus per Synaeresim.

Quod et Antonius noster credit significare voluisse cū Ant. in secunda declinatione dixit. Sed diphthongus in Eus Ei. dat. vñ Ei genituo. Ab ipmū Ei. ī cui⁹ loco. I. simplex / ut quidā aut scribi non licet / quāvis sola voce ipsius proferat: una syllaba est. Secundum vero dñe.

Nā et in priori editiōe sic dicit. In Eus. Diphthōgo quādoqz sunt paria in genituo. quandoqz crescunt una syllaba. In formatione quoqz nominū Patronymicorum duplicem genitium in his nominibus esse affirmat. Alter⁹ ī Ei. syllabas. Alter⁹ ī Ei. Diphthōgo

Christophor⁹ vero Landin⁹ apd Horatii libro primo carminū Ode Sexta ī versu illo / qui Asclepiadeus est: Nec cursus duplices per mare Alyrei. sic ait. Alyrei pro Alyris. est enī datius Grecus: quē Latini pro genituo usurpat. Sed modo per Synaeresim: vt illud / Reliquias Danaū / atqz imitis Achillei. Est enī Achillei vñ Achilli. Aut p Dīeresim: vt hic. Nec Christophorus. Hac tamē et in re Georgius Alendarinus ita inquit. Cui dixit Virgilis. Nam validam Ilioni nauē / Ilioni per. I. nō per Ei. in Synaeresim constrictū legendū esse tradit Priscianus. Sic etiam.

Diphbi Calliopea. mutatur ens **Ei.** in. **I.** longā a La
tinis. Hec Georgius. Prisciani enim verba li. vii.
hęc sunt.

Diphbi cum sit datus Graecus: pro
Ei diphthongo. **I.** Longam habuit.

Dicūt etiā et alij nomina **Ei**. Diphthongum habētia
Ei dīmīsa ī genitivo solū habere: nō autē ī Diphthō
gon constrictas. Ut **Tydeus** est dissyllabū. **Tydei** tri-
syllabū. **Alyxens**. **Achilleus**. trisyllaba. **Alyrei**. **A
chillei**. quadrisyllaba. et ita in alijs. Quare (nisi fal-
lor) Alexander in secunda nominis declinatione dixit.

Eius dat **Ei**. vī **Eos**. ḡtio in ore pelasgi
In quo versu genitiūs **Ei** dissyllabus est.

Itaqz cū **Seruius** **D**rphēi per solutionē et **C**hristo-
phorus **Alyrei** per **D**ieresim proferri paulo ante dire-
runt: poti⁹ **G**enitiū esse (vt opinor) dicere debuerat
Yi. prēterea **D**iphthongus in his ponitur dictiōib⁹
quas **L**atini vt iacent apud **G**recos transcribunt.

At **H**arpyia. **D**ritbyia. **L**ynomyia.

Virgilii. iij. Aen.

Et patrio **H**arpyias insontes pellere regno.

Harpyie. et magnis quatunt clangoribus alas.

Idēm **G**eorgico. iiiij.

Atqz **G**etē atqz **H**ebrus et **A**ttias **D**ritbyia.

Idēm in. xij. Aen.

Pilumno. quos ipsa decus dedit **D**ritbyia.

Et quēadmodū hęc **D**iphthongus p̄ duplex **Yi**. scri-
pta vnius. **I.** longi sonū seruat: Simili modo scribun-
tur apud nos **Dis** et ij. per geminū. ij. et per vnsū lon-
gum a **P**oetis proferuntur.

Quidius. li. ix. **M**eta.

Dis melius. **Dis** nempe suas habuere sorores.

Virgilii. li. iij. Aen.

Harpyia.

Dritbyia.

Dritbyia.

Dis.

Dij. **D**ij maris et terre tempestatumq; potentes.

iij. Sed tamen ijdem olim curru succedere sueti.

Martialis Epigrāmaton li. pmo.

ij. Cornelī quereris Sed iij libelli.

Qui versus Phaleuticus est.

Sed et hęc et multa alia per Syngresim: que et Episynaloepha a plerisq; nuncupat / efferrri dicunt: que est cōglutinatio tam in Grecis qm Latinis dictionib; duarum syllabarū in vnā cōtraria Dīeresi. In Grecis quidē. Ut P̄haeton bissyllabū pro P̄haetō trisyllabo. Aeripedē quadrisyllabū pro Aeripedem pentasylabo. Et perm̄ita alia. In Latinis vero. Ut P̄eculi. Tuguri. Oci. P̄ataui. Antoni. P̄ro P̄ecu-
lij. Tugurij. Ociij. P̄atauij. Antonij. Hā cū genitiū secūdē declinationis in duo. ij. sepe terminetur:
a P̄oetis Latinis plerūq; in vnū cōiungunt. Siue
(ut vult Priscianus libro. vij.) alterum metri causa P̄iski
veteres subtrahunt. Similiter dicit Bigae. Quadri-
gae pro Bijugae. Quadrijugae. Abi vnū. I. primū
abiscitur. et alterum. I. et. A. in unicum solum. I. con-
uertuntur. Dicimus quoque Binī pro Biuni. De
quibus dictionibus alias tractabimus.

Dij. **D**ij tamen quod apud P̄oetas raro accidit: Quidius libro secundo M̄etamor. bissyllabum sic enunciavit.

Si nemo est: omnesq; **Dij** non posse fatentur.

Abi si **Dij** vnius syllabę esset: carmen corrumperet.

Aliqui tamē codices **D**eī secundū Analogiā habent
scriptū Hā et **D**eī aliquā apd ipos P̄oetas cōperūn⁹

Lucanus. li. vj.

Luca.

O utinā coeliq; **D**eī H̄erebiq; liceret.

Et nota qđ sūt q Syngresim inter et Episynaloephēn

aliquā iteresse putēt. Sz id aut pauxillulum. aut nibil ē

Dictionēs preterea **Dij** et **Dij**s. ij. et ijs. Priscian⁹ li P̄risc

bro septimo cū de secūdē declinatiōis **D**atiuo z Abla-
tuo loquit̄: plenissime discentit. Qui z non multo post
Aulcei. Pompei. Lai. z similia. I. finale z ante eā
vocalē p vna syllā habere dicit. qđ usus confirmat.

Horati.

Horatius in primo Epistolarū.

Nurus ait **A**ulcei nimis attentusqz videris.
Aulcei / qr. I. loco cōsonātis accipit: (sicut i **E**i. **H**uic
z **L**ui accipi dicit̄ / cū monosyllaba sūt) dissyllabū accī Regn.
pit secūdū analogiā. id est noīatiū proportionē. Omnis
Prisci. enī **V**ocatiu9 i. I. desinēs teste **P**risciano inibi vna.
syllā mīor esse debet noīatiuo suo. At **Q**uidi9 **Q**uidi
Persius **P**ersi. **A**mbrosi9 **A**mbrosi. **P**ropertius
Propti. **P**rudēti9 **P**rudēti. **L**nei9 **L**nei. Quos.
vocatiōs eodē i libro ò duodecī carmib9 dicēte p **A**po-
copē pferim9. At **V**irgili9 **V**irgili p **V**irgilie. **A**der-
cūri. **T**erēti. **S**alusti / p **M**ercurie. **T**erētie. **S**alustie

Martī.

Martialis vōli. Secūdo Epigramaton sic ait.

Quod peto da **L**ai. non peto consilium.

Lai.

Idem libro. x.

Si donare vocas promittere: nec dare **L**ai.

Lai.

Statins. lib. vij. **T**heb.

Maubolis **H**ippoides tuus o mītissime **L**ai.

Lai.

Abi **L**ai z **L**ai / **S**ive **L**aij. z **L**aij.scriban̄: **V**ocatiū
dissyllabi sunt / z pares **M**ominatiūs si dissyllabi quo-
qz sunt **L**aius. **L**aius. I: de q̄ nō mlto post dicem9: du-
plici cōsonāte. In. xj. nāqz li. **T**hebaidos sic dicit̄.

Ensem sceptriferi spolium **L**achrymabile **L**ai.

Abi genitiūs **L**ai / aut **L**aij. bissyllabus est.

Credendum tamē potius **L**ai z **L**ai bissyllaba a **M**o-
minatiūs **L**aius z **L**aius trisyllabis formari. I. solu-
ta z vim consonantis non obseruante. Sic enim

Stati.

Statins ait libro Secundo **T**hebaidos.

Pdone **G**ener trepida succedit **L**aius vmbra.

Laius z notos cunctatur inire **P**enates.

Ubi Laius trisyllabū esse videtur. et in plerisq; eiusdem
Thebaidos locis.

Esit etiam animaduertendū / ut ad Diphthongos
redeamus / q; Diphthōgus Ae. nōnunquā dividitur
per Dīeresim: quē est diuisio viiius syllabę in duas.

Virgili.lib.iiij.Aenī.

Virgi.

Aulai. Aulai in medio libabant pocula Bacchi.

Idem.libro.vj.

Aurai. Aethereum sensum: atq; aurai simplicis ignem.

Idem libro. ix.

Pictai. Diues equum. Diues pictai vestis et aurī.

Martialis Epigrāmaton.lib. xj.

Marti.

Ter. Fru. Attonitusq; legi terra frugiferai.

Ubi Aulai. Aurai. Pictai. Terrai. et Frugiferai / si-
cūt et alia multa / que Priscianus libro septimo in ge-
nitivo prime declinationis enumerat: A. pducūt pro
Aulae. Aurae. Pictae. Terrae. et Frugiferae. Qd
et Antonius noster fecit in prima nois declinatione sic. Ant.
Est genitius in. Ae. Diphthōgo: Sed tamē Ai.

Quidq; prēterea libro pmo Metamor. ita ait.

Quidi.

Tertia post illam successit Aenea proles.

Aenea. **Ubi** et. A. et. E. Diphthongus in dictione Aenea di-
uiditur. et Lessit A. quartus pes. et Enca quintus Da-
ctyli sūt. Et / ut inquit Priscianus libro primo / Aeneus
pro Herculus dicitur. R. in. H. mutata. Eadē quo-
q; diuisio fit in dictione Aenus: quod modo adiectū
est et idē significat quod Herculus. A. Am. ab Herc.

Virgili.lib.ij.Aenī.

Virgi.

Aena. Exultat tellis et luce coruscus Aena.

Modo substantium est hoc Aenum: et significat vas
in quo calefieri aqua conſequit. quod vulgo Caldari-
um vocant.

Virgili.lib.Georg.primo.

Virgi.

Aeni. Aut folijs vndam tepidi despumat Aeni.

Idem libro primo Aen.

Littore Aena locant alij: flammagqz ministrant.

Aena.

Quidā tamē inter. A. z. E. aspirationē interponunt/
z dicunt Luce Abena. Tepidi Abeni. Littore Abe-
na locant alij.

Ubi Seruius ita inquit.

Huic autem nōmīni maiores aspiratio-
ne in dabant: z Abena dicebant.

Abena.

Ide quoqz in carmine illo prīmī libri Aen.

Tū celerare fugam patriaqz excedere suadedet/sic ait.

Suadet secundum naturam duae sunt
syllabae. Sed multí trisyllabum putat

Quod etiā si inueniatur: solutio dicē
da ē: quo modo dicūm? Aenea. z Abe-
na. Hoc autem solum huiusmodi ver-
bum in Latino inuenitur.

Itaqz significat Seruius Aeneus. A. Am. dictione
que trisyllaba est: per solutionē quadrisyllabam. Abe-
nus. A. Am. que dissyllaba: trisyllabam fieri.

Aiunt etiā nōnulli codicē Aeneidos antiquissimū esse vi-
sum: quem ipsius Virgiliū fuisse constabat. in quo z il-
lud. Et Luce chorus Aena: quod sine aspiratione
scriptum fuerat: z Aspiratio addita.

Ei. quoqz: ne si monosyllabū sit/interiectio esse puteſ.
At Hei mibi qualis erat. In qua dictione. I. finalis
non vocalis: sed consonans dicitur.

Prisci. Similiter Huic z Eui z Eis. vt ait etiam Priscia-
nus libro Septimo: apud Poetas per Dīeresim nō
nunquam proferuntur. Nam Omnis Genitiuns in
Ius. desinens una vult supare syllaba suum Datūm.
At Anus. Anius. Uni. Solus. Solius. Soli. To-
tus. Totius. Toti. Uter. Utrius. Utri. Ille. Illius.

c .iij.



Illi. Ipse. Ipsius. Ipsi. Hic. Hec. Hoc. Huus.
Huic. Is. Ea. Id. Eius. Ei. Alius tñ. Alij p du
plex. iij. equalē. habet: ne si Alij p simplex. I. scribam⁹
(ut aiunt Grāmatici) presens infinitiū passiū vocis
putetur.

Prosper.

Huic. Non tempus. non serus huic. non causa resistit.
Statius Siluarini libro primo.

Prosper.

Huic. Letis huic dono videas dare iura nepotes.
Huic. Falsus huic pennas et cornua sumere terre.

Statius.

Albinus Rerū Romanarū primo.

Albi.

Lui. Ille cui cernis Capitolia celsa triumphis.

Lui. Sponte Deam patuere. Lui freta nulla repostos.

Priscianus quoqz libro. xiiij. inducit Terentianū sic Prisci,
carmine Sothadico dicentem.

Lui. Verum ut Luiqz est proximitas loci sororū.

Dicit enī constare duob⁹ Ionicis a maiori et trib⁹ Tro
cheis sic. Verut Lui. qstproxī. taslo. ciso. rori. Ide

Lui. Ex ordine fulgēs. Lui dat nomē Sinopes.

Exordine. Fulgenscui. et c. Nisi tñ dictio Lui. ba
beat. I. breue: Verutcui. in priori versu. et fulgenscui.
in secundo Ionicus maior esse non potest. qui duabus
syllabis longis/totidēqz brevibus constare debet.

Juuenalis Satyra quinta.

June.

Eidem. Tre viam pergant: et eidem incumbere secte.

Eisdem. Implet: et ad Nēchos dat eisdem ferre Linedis.

Et illud similiter.

Munera clara dedit. dat eidem debita patri.

Sed et apud Lucretium Ei. byssillabum. E. pducit.

Si Nestori credimus. Sic. Nestor.

Ei. Scilicet et fluius qui Aius maximus ei.

Ei. Sit quoqz ut pluie forsan magis ad caput ei.

Nisi forte ait Nestor/dicam⁹ Lucretiū. iij. duplicasse
antiquoz more: q Eius Ei. cū gemino. iij. scribebat.

Sed quēadmodū. A. cōsonās dissoluat: quod me dī

etrum p̄miserañ: explicemus Ἰψ̄o et aꝝ exēmplis.

Quidius in Heroidibus.

Nunc quoq; te saluo persoluenda mibi.

Tibullus libro primo Elegia Septima.

Stamina non ulli dissoluenda Deo.

Catullus Aeronensis ad Oratulum.

Pristina vota nouo munere dissoluo.

Abi P̄versolu ⁊ Dissolu. Dactyli sunt.

Idē Catull. in fletu passeris Lesbie amicę.

Quod Zonam soluit diu ligatam.

Qd̄ carmē cū sit P̄baleuticū endecasyllabū: nisi Soluit trisyllabum habeat: stare minime potest Quodzō.

Spōdeus. nam solu. Dactyl9. itdi. vligatā. Trochei

Horati. sunt.

Horatius in Epodo.

Miuesq; deducunt Jouem nunc mare. nūc sylue.

Hic enī diuisiōe facta. Vae. extreinę syllabę vt a cōsonāte trāsit in vocalē. Est nāq; Dīmetrū Jambicū cōiunctū P̄ētimemeri Heroice. ⁊ mēsurat sic. Miues quede Jābi. Dūcūt. Spōde9. Jouē. Jamb9. Nūc mare. Mūcsylu. Dactyli sūt. Ae. P̄ētimembris siue Semiquinaria diuissio. Hec de Dīgresi dicere libuit: q; i diuisiōe Diphthōgi de ea meminim⁹. Quā Alexāder simul cū Syngresi hoc modo diffinit.

Syllaba diuīdit: ⁊ Diaeresis vocitā.

Si iūgas p̄l̄res: dic synaeresin tibi factā
Haec etiā species dīcat Episynalephe

Prisci. Priscian⁹ p̄tērea (vt p̄missa de. U. adimpleam⁹) libro p̄m o ostēdens exēploq; pbās apud Aleoles. F. Dīgāma p̄ nibilo in metris nō nūquā habitū esse: dicit apud Latinos quoq; ⁊ maxime apud vetustissimos

Terenti⁹. Comicoz illō idē līę. U. accidisse. Ut Terē. i andria Sine inuidia laudem inuenias ⁊ amicos pares.

Prisci. Abi idem Priscianus ita inquit.

Quod n̄isi sine inuidia pro Tribracho accipiatur: stare versus non potest. **E**st enī trimetrum iambicum.

Tortellius etiam eandē rē apertius declarans sic ait. **T**ortell.
Est enī trimetrū iambicū. in cuius pri-
mo pede: n̄isi. **A.** pro nibilo habeat: ita
ut fiat Tribrachus: stare versus nō po-
test. Hā sex pedibus cōstat. **Q**uoꝝ pri-
mus est Síninui. **E**bí. **A.** abiicit: et tri-
um breuiū pes cōficit. **S**ecūd⁹ est Día.
qui dicit̄ Iambus. **T**ertius est Laudin.
qui ē Spōdeus. Insuper et Venias. se-
quit̄: qui est Anapestus et quartū pedē
facit. **Q**uint⁹ est Etamī. qui similiter est
Anapestus. Deinde sequitur sextus:
qui est Cōspares. et est Amphimacus
Hic pes nunquā consueuit esse huius-
modi Trīmetris. Sed hic versus dici-
tur Trīmetrus hypercatalecticus.

Cū tamē nōnulli ex Lōmicis Poetis lariū spaciu-
atqz licentiā sibi assumpserint: nō dubium est / quin hic
Terentianus versus / sicut et alij quāplurimi / aliquibus
in locis per alios pedes fluere possit.

yllaba: quae post vocalē duas
s habet consonātes: Aut vnā vim
duarum habentem longa est po-
sitione. ut Hens. Ars. Pax. Mer. Sa-

xum. Consonantes vim duarum litterarum habentes sunt. Ex. pro L. S. 3. pro duplice. SS. I. in medio duarum vocalium posita pro duplice. ij. consonante

Nec solum in eadē dictione: Verum et in diversa vide tur. Ex. duplicis consonantis vim possidere: Ut apud Virgi. Virgili. in quarto Georgicorum.

Drymoqz Xantoqz Ligeaqz Philodocheqz.
Abi Que particula post dictio[n]e Drymo longa p[ro]tatur esse facta propter sequentem. Ex. Cum tamen hoc in secundo sit pede: nota quod supra de consonantibus/ deqz Semipentimemeri diximus. Itē nota / ut nō nulli aīunt / Antiquos nō solū. L. S. Sed. SS. quo qz et duplice. SS. p. Ex. littera esse usos. Ut Apecs. Gregs. Alysses. pro Aper. Grec. Alires.

Z. similiter: quā pro dictio[n]ib[us] Grecis accepimus (pro qua primitus non unquam simplex. S. vt Sethus pro Zethus. Quandoqz duplicatū scribebat. Ut Pa triso pro Patrizo. P[ro]ditiso pro P[ro]ditizo. Massa pro Masa. Quandoqz autem pro illa. D. ipsum ponebatur. Ut Medentius. Abi. Z. exprimitur sono pro Medentius teste Prisciano libro primo:) vim duarum consonantium optinere / vocalēqz precedente p[ro]ducere tā i eadē dictione quā in diversa h[ab]et ostendunt carmina.

Virgi. Virgili. lib. primo Aen.

Dicit Amazonidū lunatis agmina peltis.

Amazo.

Idem libro septimo.

Contemptor Diuum Medentius agminaqz armat. Meden-

Quidi. Quidius libro primo de testibus.

Hincqz Propontiacis herentē Lizicon oris.

Lizicon

Virgi. In diversa dictio[n]e sic. Virgi. Georgi. lib. p[ri]mo
Euriqz Zephyriqz tonat domus. Omnia plenis.

Zephyr.

Nisi dicamus Que p Et pmā secūdī pedis syllabam
qua ratiōe supra dixim⁹ pduci. **N**ōnulli tamē
codices virgiliani habet Euriqz et Zephyri.

Nōnunquā etiā in dictionibus peregrinis. vt Gaza.
qd vocabulū Persicū dī: eādē vī habet: quā i Gr̄ecis
Virgi.li.primo et secūdo Aenī.

Virgi.

Arma Virū tabuleqz et Troia Gaza per vidas.
Gaza. P̄edam adseruabāt. huc vndiqz Troia Gaza.

Aliquādo tñ vocalis naturalr breuis presertim in si-
ne dictiōis posita / si sequens dictio incipiat. a. Z. ma-
net breuis. quod et de littera. X. alias diximus.

Virgili.li.ij. Aenī.

Zacynth. Iam medio apparet fluctu nemorosa Zacynthos.

Quidius in Epistolis Heroicis.

Virgi.

Zacynth. Dulichij Samiqz et quos tulit alta Zacynthos.

A enim posita in fine dictionū Nemorosa et Alta bre-
uis pmāsit. Z. subsequēte: quāta est naturaliter.

Quā ob rem forte Alexander de. 3. tractans dīrit.

Alexan.

Perizo. Siplex. Zeta. tñ repit. vt est Perizoma.

Hoc est nō habet vim duplicis cōsonantis vt pducat
vocalē antecedentē. **I**. pterea: q̄ si feriat vocales
cōsonās sit: vt Janus. Iuio. in medio duaz vocaliū
posita vim duaz cōsonantū optinet. Ut Troia Alax.

Huius. Loco cuius antiqui duplex. ij. dicuntur posu-
isse. sic Troija. Alax. Huius. Item Maija. Eijs.
Meijo. Eijo. Maijor. Meijor. Pompeijs. Aul-

teijs. Laijs. Laijs. et multa alia. Pro sim-
plici cōsonante tunc habet: quādo ab ea incipit sylla-
ba in principio dictiōis. Ut Juno. Juppiter. Iecur.
Joco. Jaceo. et cetera. Lōperit etiā nōnūquā p sim-
plici cōsonante in medio dictionis cōpositę. Ut Qua-
drjugis. Bijugis. Reijce. Inuria. Subiungo.

Virgi.ij.Georg.

Virgi.

Lentū quadrijugos agitabo ad flumina currus.
Martis equi bijuges et magni currus Achillis.
Idem in Bucolicis.

Quadrij
Bijug.

Tityre pascentes a flumine reiſce capellas.
Reiſce cuſ geminato. iij. vt lat⁹ alias ostēdem⁹ ſcribit
quoz prius in initio ſyllabe cōfonans ſimpler eſt. Abi
Procelematicus pes Reiſceca: qui quattuor ſyllab
cōſtat breui⁹: p Dactylo i quinto loco ponit. Sicut et
multa alia apō Virgi. que primū et quintū locū plerū
qz occupat. Primum. Ut in primo. Secundo et quarto
georgicoz. Quinto. Nono et Duodecimo Aen. ſic.
Tenuia nec lanae per celum vellera ferri.
Tenuis vbi argilla et dumosis calculus aruis.
Parietibus premunt arctis: et quattuor addunt.
Genua labant. Gastos quatit anhelitus artus.
Parietibus tertum cecis iter /ancipitemqz.
Abietibus iuuenes patrijs et montibus equos.
Arietat in portas et duros obiſce postes.
Genua labant. gelidus concreuit frigore sanguis.
Quintū. Ut in Secundo et quarto Georgicoz. Secū
do. Quinto et Octavo Aen. ſic.
Velleraqz ut folijs depeccant tenuija Seres.
Ne quicquam in tectis certatim tenuia cera
Aedificant: ſectaqz interunt abiete costas.
Lustodes ſufferre valent. Labat ariete crebro.
Tranſtra per et remos et pictas abiete puppes.
Hę ſacris ſedes epulis. Hic ariete cęſo.
Inclusere caui. et nigra nemus abiete cingunt.
In ſecundo tamen Aeneidos ſecundum pedem poſ
ſidet hoc modo.
Hęrent parietibus ſcale. postesqz ſub ipſos.
In quibus locis Tenuia. Tenuisu. Parieti. Ge
nuala. Abieti. Arietat. Abiete. Ariete. Procele
maticus eſt.

Reiſce.

Non enim aliter in carmine Heroico quattuor breues syllabæ collocari possunt.

Dō gen⁹ carminis apd Statīū in Sexto libro Theb. Statī.

Peonem primum videtur quoq; admississe sic.

Qbnubit tenuia ora comis. ac talia fletu.

Idē in principio. xij. libri Theb.

Ortus: et instantē cornu tenuiore videbat.

Bittenui i secūdo pede. et Autenui in quarto. **P**eon
primus est: qui constat prima longa et tribus brevibus.

At Desinite. Incipite. Cōprimite. **H**oc prēterea
carmis genus et Anapestū i pmo georgicoꝝ recepit sic. Virgi.

Fluuiorum rex Eridanus: camposq; per omnes.

Primus enim pes Fluuiio. primas duas breues et ul-
timam longam syllabas habet. **D**icitur quoq; reci-
pere Trocheum in sexto loco. **C**ū tamē ultima syl-
labā cuiuslibet carmis libera / siue indifferēs sit: huius-
modi pedes in v̄su Hēroico Spōdei poti⁹ dicēdi sūt.

Sed ad positionē redeamus. **O**bseruatur prēte-
rea positio in diuersis dictionib⁹ in carmine. **A**t si prē-
cedens dictio in vocalem desinat: et sequens a duabus
incipiatur consonantib⁹. **A**t patuit superius cū de po-
sitione mutę cum liquida sumus locuti. Quod nō fre-
quenter fieri comperimus. **E**t apud Statium libro Statī.
quarto Thebaidos.

Et noua clamore stupuere silentia valles.

Idem libro Sexto.

Preceleres: agile studium et tenuissima virtus.

Enāmq; terminalis in dictionib⁹ Clamore et Agile:
quę naturaliter breuis est: longa facta esse videtur pro-
pter consonantes dictionum subsequentium. **S**ed
tamen verisimilis esse arbitror finalē syllabā earundē
dictionum Poetam produxisse per licentiam produ-
ctionis. **P**entimembris Hēroice: de qua supra me-
mineramus: quę facit primam syllabam tertij pedis:

in qua pars orationis explet: cū per naturam brevis sit:
apud Ἐρωτας plerumq; pducit. Itē vocalis corre-
pta dictionē terminās nō producit a consonantib; que
sequunt: ut ostensum est per regulā superius traditam.

Obseruat quoq; positio sēpissime in carmine si p̄e-
cedēs dictio desinat in vnā consonantē /z subsequens a
Virgi. consonante incipiatur. Ut apud Virgilium.

Ad quem tum Juno supplex his vocibus vsa est.

Phanduntur portę. iuuat ire et Dorica castra.

Dictiones enī Quē. Tum. et ultima syllaba dictionis

Phandunt ppter cōsonātes dictionū sequuntū pducūt.

Sit amē dictio p̄ecedēs desinat in. S: et sequēs di-
ctio a consonāte incipiāt: non semp̄ producitur vocalis
p̄ecedens/ut superius patuit: cum. S. plerūq; liqscē-
re et vim consonantis amittere ostendimus.

Qod si post syllabam natura bre-
ue in sequatur muta cum liquida:
in prosa oratiōe syllaba illa sem-
per est brevis. In carmine vero indif-
ferens est.

Ut Tenebrae. Pharetra. Volucris. Cathedra. Re-
tro. Cerebrum. Pheretrum. Lutebrae. Podagra.
Lhyragra.

Est enim longa in his versibus.

Virgili. iij. Aeū.

Noctē hyemēq; ferens. et in horruit vnda tenebris.

Tenebra

Idem lib. v.

Pro se quisq; Viri. de promittela pharetris.

Phare.

Idem lib. viij.

Dirarum nīdis domus opportuna volucrum.

Volucris

Juue. Juuenalis Satyra prima.

Hinc atq; inde patens. et nuda pene Cathedra.

Cathedra

Virgili.lib.x.

Retro. Ut videre: metu versi retroq; ruentes.

Idem lib.xj.

Virgi.

Cerebrū. Longeminat vulnus.calido rigat ora cerebro.

Pheret. Naud segnes alij crates et molle pheretrum.

Idem lib.iiij.

Latabrae. Rursum ex diuerso celi cecisq; latebris.

Quidī.lib.primo de Ponto.

Quidi.

Podag. Soluere nodosam nescit medicina podagram.

Virgi.iiij. Georgicoꝝ.

Virgi.

Podag. Nolle pecus: scabiemq; ferat: turpesq; podagras.

Martial. Epigrāmaton.lib.vij.

Marti.

Podag. Coepit fingere Lelius podagram.

Podag. Desit fingere Lelius podagram.

Horati9.li. Germonū.ij. Satyra. vij.

Horati.

Chyrag. Scurra volaneri9.postquam illi iusta chyragra.

Idē lib.primo Epistolarum.

Chyrag. Modosa corpus nolis prohibere chyragra.

Persius Satyra Quinta.

Persi.

Chyrag. In venerē putris. Sed cum lapidosa chyragra.

Est enī brevis hic ī eisdē dictiōib9.

Virg.li.vij. Virgi.

Tenebrae Hic Lacum in tenebris incendia vana vomentem.

Pbare. Ille mibi insignem pbaretram: Eyciasq; sagittas.

Idem lib.iiij.

Zolucris Et volucrum linguas et prepetis omnia pennę.

Martialis Epigrāmaton.li.ij.

Marti.

Catbedra Assidet et catbedris moesta iuuenca tuis.

Virgili.li.v.

Virgi.

Retro. Abduxere retro longe capita ardua ab ictu.

Idem lib.x.

Cerebrū. Ossaq; dipergit cerebro permista cruento.

Idem lib.xj.

Pheret. Sed venit in medio Pheretro pallantere reposto.

Idem lib.x.

Tum latebras animę pectus in crone recondit.

Latebræ.

Sacer.

Macer de viribus herbarum.

Compescit splenis: podagre sic subuenit illa.

Podag.

Marti.

Martialis lib. primo Epigrā.

Podag.

Litigat: z podagra Diodorus Flacce laborat.

Podag.

Sed nil patrono porrigit. hec chyragra est.

Chyrag.

Idem lib. ix.

Tortorem metuis. Podagra Chyraqz secatur.

Po. Lib

Et multa alia sequunt hanc legē. Ut Sophocles. Em-

pedocles. Locuples. Polycletus. Alsecla. Simula-

crum. Funeris. Terebro. Alacris. Integro. Hale-

brae. Colubra. Quadrupes. Febris. Latro. Migratio-

Nippon. Cyprius. Atrum. Metrum. Itē Piger Calaber. Ca-

per. Aper. Sacer. Faber. Onager. Ater. a. vni. Ca-

fer. a. vni. Coluber. Integer. accipiētia mutā cū liqui-

da Pigrī. Calabri. Capri. Apri. Sacri Fabri. O-

nagri. Atrius. Atri. Asfri. Colubri. Integri. &c.

Aratum vero apud idoneos. Auctores vix semel pe- Aratum.

Nestor.

nultimam corripit. Nestor tamen Dionisius hoc no-
men penultimam naturaliter corripere dicit. quod pro-
bat z scripture Græca Arotron per. O. micron. quod
Græci semper breue habēt. z hoc versu tantum quem

Petrus Riga in Aurora scripsit sic.

Nostrę carnis humū crucis hoc aratro quasi sulcat.

Qd validioribz poetaz latinoz exēplis pbare obuiisset

Si vero vocalis præcedēs sit longa naturalier: non
mutat. hoc ē nō corripit. vt Mater Matri. Saluber
Salubris. Frater. Fris. Ater. tri. October. bris. Li-
catrix. Adiutrix. Et vbalia i atrix: que vbalium i Tor: ex-
qbz formāt: penultimę qntitatē obseruare vidēt. Ut Ae-
natrix. Indagatrix. Iaculatrix. Ercatrix. Simulatrix
Seruatrix. Bellatrix. Spectatrix. Mouatrix. Auxi-
liatrix. Cantatrix. &c. Itē Atrum. Ater vtris. Libra.
Libro. as. Puples. Hebris. z reliqua permulta.

Nactamē in re / sicut et in alijs quā plurimiſ / Poetarum exemplis potius initī quispiam debet / quā Artiagraphorū: qui inter se dissident: regulis. Nam quas dictiones ipsi putant vocalem ante mutā cum liquida naturaliter aut corripere / aut producere : apud Poetas idoneos aliter eodem sese habent.

Sed quēadmodū vocalis correpta in fine dictionis posita modo longa . modo brevis inueniatur muta cū liquida subsequentibus dictum est alias. Quare quod ibi diximus cum de liqueſcentia consonantū ceptum est agi: quodq; ad utrumq; locum attinet sic perstringiſ se abunde est.

yllaba quae post vocalem altera habet vocale: brevis est. Idq; in dictionibus Latinis. Nam in

Graecis et Barbaris aliam rationē sequimur. Partim enim producūt. Ut Argous. Argia. Eneas. Aer. Spodeus Gius. Partim breuiāt. Ut Lomoedia. Tragoedia. Symphonia. Sophia. Elegeia. Siocū ē dissyllabū semper pducit

Statius Siluarū libro. iiiij.

Stati.

Argoos. Robur. et Argoos frangebant brachia remos.

Idem libro. v.

Argoa. Atuero: et multis. et signa Argoa relicta.

Martialis in Distichis.

Martia.

Argoa. Argoa primum sum transportata charina.

Statii libro secundo Theb.

Stati.

Argia. Egregiam Argiam. nec forme laude secundam.

Idem libro. xiij.

Argia. Querit inops Argia vias, non regia codi,

Virgi.

Virgili. libro primo Aen.

Sumpius Aeneas. raptos qui ex hoste IPhenates. Aeneas.
Et Aenus obscuro gradientis aere sepsit. Aen.

Et in multis alijs locis.

Horati.

Horatius in Arte Poetica.

Spondeos stabilis in iura paterna recepit.

Spodeus

Prisci.

Priscianus in versibus Rufini o litteraturis. De
compositione et metris Oratorum.

Persi.

Spondeusq; grauis: numeroq; aptissime Pdeon.

Spodeus

Virgi.

Sed magis erigitur Spondeo clausula fortis.

Virgi.

Spondeo narrare solent tibi Rhetores acta.

Virgi.

Persius Satyra prima.

Romulidae saturi quid dia Poemata narrent.

Dia.

Virgi.

Virgili. li. xj.

Italides: quas ipsa decus sibia dia Lamilla.

Dia.

Virgi.

Aerū dictiōes Aeneas et Spodeus. Ei. Diphthon-

Virgi.

gū Grēcā in. E. lōgā cōuertūt sic Aineias Aeneas.

Virgi.

Spodeios Spode9. Sicut et alia p multa. Ut Lho-

Virgi.

reia Chorea. Alpheios Alpheus. Mideia Medea.

Virgi.

Deiopeia Deiopea. Calliopeia. Calliopea. Epeios

Virgi.

Epeus. Itē Achilleios Achilleus. Pythagoreios

Virgi.

Pythagoreus. Cythereia Cytherea: que possesseſſi-

ua sunt.

Virgili. lib. ix. Aen.

Tibull.

Desidię cordi. iuuat indulgere Choreis.

Chorea.

Proper.

Idē in opusculo qd̄ inscribit Luler.

Chorea.

Tibull.

Maides. et celebrate deū ludente Chorea.

Chorea.

Proper.

Quantum te Peneu remorāte diue Chorea.

Chorea.

Tibull.

Et sic de alijs.

Proper.

In Sexto tamen Aeneidos Chorea. Re. corripuit

Tibull.

causa metri hoc modo.

Proper.

Idars pedibus claudūt Choreas: et carmina dicunt. Chorea.

Tibull.

Tibullus Similiter.

Proper.

Hic Choreę cantusq; vigent passimq; vagantes. Chorea.

Propertius quoq;

Eboea. Proutinus et nuda Eboeas imitabere sura.
Sed tunc Serui⁹ aut Systolci⁹ de q̄ postea dicemus / Serui,
Syllaba lōga ī breuē cōuersa. Aut antithesim. E. pro
Ei posita esse putat. Multa alia pr̄terea vocalē aī
vocalē p̄ducūt. At Ariō. Orio. Amphion. Lycaon.
Echiō. Zoil⁹. Jo. Urania. Hippodamia Laudomia
Amalthea. Lageos. Enyo. Troius. a. um. Troes.
Heroes. Troil⁹. Penei⁹. Achelei⁹. Lici⁹. Sper-
chi⁹. Ari⁹. Lāgia. Lāpia. P̄bthi⁹. P̄bthia. Eb⁹
a.um. Horati⁹ li. ii. Sermonū. Satyra. viii. Horati.
Ebi⁹ a.ū. Ecuba vīna ferens Alchon Ebium maris expers.

Martialis in Distichis.

Marti.

Ebia senj filis Baccho: quā setia misit.

Nā p̄mitiuū Eb⁹ corripit a Lucano li. viij. sic dicēte

Ebius. Quas Asine cautes: et quas Ebius asperat vndas.

Horati⁹ libro primo Epistolarū.

Ebios. Quid tibi visa Ebios bullati notaqz Lesbos.

Ebios. Romē laudeſ Samos. et Ebios et Rhodos absens. Horati.

In dictiōib⁹ quoqz Barbaris et peregrinis p̄ducit
At Andreas. O seas. Ananias. Esaias. Zacharias
Maria. et quāplurima alia. Ab hoc noīe mas. ma-
ris dicit pr̄terea Mari⁹ p̄priū nomē viri deduci. Cu-
iū foeminiū Maria esse putat penultia correpta cū
accentu in antepenultima. Claudio, Clau.

Maria. P̄eparat et pulchros Marie sed luce minores.

Eligit ornatus. Qui et ip̄e Jacob⁹ q̄drisyllabū p-
tulit penultima producta sic.

Jacobus. Ne laceres versus dux Jacobē meos.

A multis tū trisyllabū ponit cū accentu in eadē penulti-
ma: q̄a Jacob nō latinc declinatū vltimā syllabā acuit
Moīa enī barbara: quē acuūt vltimas syllabas; quēqz
(vt inquit Priscian⁹ libro qnto) nulla regla Latina
v̄l Gr̄eca sūt moderāda: si ad declinationē Latinā tra-
hant; ī eadē syllā seruat accentū. At Abraā Abram⁹

Prisci.

	<i>Joseph Joseph⁹. Alaric Alarius. Isabel Isabela.</i>	
	<i>Saul Saulus. Sz redeam⁹ ad rē: e quę vocalē</i>	
<i>Horati.</i>	<i>breviāt añ vocalē exēpliš dclarem⁹. Horat. ī arte. Ip</i>	
	<i>Interdum tamen e vocem Lomoedia tollit.</i>	<i>Lomoed.</i>
	<i>Successit vetus his Lomoedia non sine multa.</i>	<i>Lomoed.</i>
	<i>Effutire leues indignata Tragoedia versus.</i>	<i>Tragoed.</i>
<i>Quidi.</i>	<i>Quidius. libro secundo de tristibus.</i>	
	<i>Omne genus scripti grauitate Tragoedia vincit.</i>	<i>Tragoed.</i>
<i>Horati.</i>	<i>Horatius in eadē arte Poetica.</i>	
	<i>At gratas inter mensas Symphonia discors.</i>	<i>Sympho-</i>
<i>Virgi.</i>	<i>Virgi. ad Messalam.</i>	
	<i>Florentes viridis Sophię complectitur umbras.</i>	<i>Sophia.</i>
	<i>Aeternum Sophię coniunctum carmine nomen.</i>	<i>Sophia.</i>
<i>Marti.</i>	<i>Martialis Epigrām. li. primo.</i>	
	<i>Cum tibi sit sophię par fama e cura Deorum.</i>	<i>Sophia.</i>
<i>Quidi.</i>	<i>Quid. in lib. de remedio.</i>	
	<i>Blanda Pharetratos Elegeia nutrit amores.</i>	<i>Elegeia.</i>
	<i>Idē Elegiarum libro. iij.</i>	
	<i>Venit odoratos Elegeia nera capillos.</i>	<i>Elegia.</i>
<i>Stati.</i>	<i>Elegia vo. I. añ. A. pducit. Stat. li. j. Siluaꝝ.</i>	
	<i>Quas inter multum petulans Elegia propinquat.</i>	<i>Elegia.</i>
<i>Marti.</i>	<i>Martial. libro quinto Epigr.</i>	
	<i>Detineat cultis aut Elegia comis.</i>	<i>Elegia.</i>
<i>Juue.</i>	<i>Juuenalis Satyra Secunda.</i>	
	<i>Sicut ista palam. cupient e in acta referri.</i>	<i>Fio.</i>
<i>Virgi.</i>	<i>Virgi. Georgi. iiiij.</i>	
	<i>Fiet enim subito sus horridus atraqz Tigris.</i>	<i>Fio.</i>
	<i>Etū tū Fio polissyllabū est: corripit vocalē ante vo-</i>	
<i>Virgi.</i>	<i>calē. At fieri. Fierē.</i>	<i>Virgi. viij. Hen.</i>
	<i>Quod fieri ferro: liquidoue potestur electro.</i>	<i>Fieri.</i>
<i>Quidi.</i>	<i>Quidnoua cū fierent capitolia: Nempe Deorum.</i>	<i>Fierent.</i>
	<i>Quidnoua cū fierent capitolia: Nempe Deorum.</i>	<i>D. iij.</i>

Martialis Epigrāmatōn. lī. viij.

Marti.

Gieres. Si fieres brenio: Clāudia sexquipede.

Enītūus et Batīus quīntae de-
clinatiōis pducūt penultimā. Ut
Diei. Excipit. Rei. Spei. Fidei.
Alij vero sic dicunt.

Senītūus et Batīus quīntae declina-
tionis. E. vocalē puram siue inter duo
iū. posītam producūt. Ut Diei Speciei
Quod etiam alexandri est ita dicentis.

Alexan.

E super. I. longā dat declinatio q̄nta:
Quādō vocalē p̄aeit. E. Sz eā breuiab
Lōsona s̄i p̄aeeat. Bic ḡ Rei Speciei.

Virgī. li. ix. Aeu.

Virgī.

Diei. Nunc adeo melior quoniam pars acta diei.

Idē in opusculo. Est et Non.

Diei. Est nocturna homini. non est lux ista diei.

Idem in Opusculo. Vir Bonus.

Diei. Omnia quam longi reputauerit acta diei.

Nam Rei. Spei. et Fidei non habent. E. purū ante
I. vltimam: Sed habent consonantem: que vocalem
ferit. E. priorem. Ideo brevis est ante. I.

Statius. Siluarum libro primo.

Stati.

Fidei. Quis morum fideiq̄ modus: nunquā ne virili.

Idem libro. viij. Theb.

Fidei. Pectore in hoc. vbi nunc fidei: pacisq̄ sequestra.

Horatius. lib. tertio Carminū.

Horati.

Rei. Contente dominus splendidior Rei.

Est enim carmen Asclepiadeū et mēsuratur sic. Con-
ten. Spondeus. tēdominus. Splendidior. Chori
ambi sunt. Rei. Pyrrhichius.

Idē in eodē libro atq; in eodē genere versūs.

Lurte nescio quid semper abest rei.

Rei.

Terentius.

Terentius in prologo Andrie.

Speci.

At per noscatis et quid spei sit reliquum.

Qui v̄sus et Trimeter dicit. et sic potest mensurari. At
P̄er. nosca. Spōdei. T̄iset. Jābus. Quidspe. Tro-
cheus. isit. Spōde9. reliqui9. Tribrach9. v̄l Anapest9

Dia quoq; et pnoīa inittētia Hē
nītiuū ī. ius. ī prosa oratiōe pdu-
cūt penultimā. In carmīe ḥo eā
babēt īdifferētē. Praeterquā alteri9.
qd semp breuiat. et Ali9 qd sēp pducit.

Virgi.

Est enī penultia longabit. Virgi. li. pmo Elen
Tu faciem illius noctem non amplius vnam.

Illijs.

Idem libro. vi.

Ipsijs.

Nunc vltro ad cineres ipsius et ossa parentis.

Idem libro. xj.

Illijs.

Adjicias, nec te ullius violentia vincat.

Idem Georgi. iiiij.

Nullius.

Monte nullius exercent numinis ire.

Est tamen breuis hic. Virgi. Georgi. pmo.

Illijs.

Illijs immense ruperunt horrea messes.

Idem libro. v.

Illijs.

Ipsijs Anchisae longeui hoc munus habebis.

Ipsijs.

Idem libro primo.

Anius.

Anius obnoxiam et furias Aiacis Oilei.

Idem Georgicoz Secundo.

Alterius.

Et sepe alterius ramos impune videmus

Alterius.

Uertere in alterius: mutataq; insita mala.

Et mille alia vulgo inuenies.

De Genitio Alius.

Alius.

Tu quoq; cur nostras causas contemnis? Alius

Qui tibi dona dedit securus accipit spse?

Alius. Queret alius opes: qui partas non bene seruat.

Omnipotens genitor te quero. Te quoq; laudo.

Alius. Numinia cuius amo. nec quero numen alius.

